





V
B J
C



Roseū memoriale divinorū eloquiorū Petri de Rosen:
clavim [illegible] Moradi s Dialogi Gregorii Papae. s
Expositio Missae Metrica.
Jesuida Hieronymi de Vallibus.
Aegidius de Assisia conscientia
Homelia Mercati O. Pr. et de fine mundi
Tractatus de arte et vero modo predicandi.

Varia ut in indice



¶ Insignis vatis Hieronimi Paduani tracta
tus carminibus elegantissimis conscriptus De
Passione domini hiesu xpi ac saluatoris nostri.

¶ Jesuida Hieronimi de vallib⁹ Paduani ad reuerendū in cristo patrem. dominū Petrū Donati Regie vrbis Padue Presulem dignissimū dominū suum colendum Foeliciter incipit.

¶ Inuocatio prima ad deū optimū maximū.

Maxime celicolū supa q̄ celsus in aula
Eterno impio supas: fortiqȝ tridēte
Res hominū diuūqȝ regis: quo turbine diro
Judei iruerint: rabies que traxerit illos
Tanta. tuo nato penas inferre nephandas
Horrendumqȝ genus mortis: crudelius ipsa
Terqȝ quaterqȝ nece / est anim⁹ describere vsu
Nec modo fluctiferū pater o rege vela per equor
Primitias mee (si qua est) en accipe muse

¶ Inuocatio scd'a ad dn̄m episcopū ad quē scripsit presens opusculū de passione domini.

El q̄ȝ quē sanct⁹ vite nitor vndiqȝ tollit
Cuius et extremas orbis penetrauit in oras

Fama : ingens virtus moru : sanctissima vite
Relligio : humanis pulchre comitata camenis
Et superis : latialis honos . hinc aspice presul
Inclite : tuqz auras classi concede secundas
Naz mihi cesar ades : atqz es mihi ver⁹ appollo
Nec dubitem auspitijs tantis deduct⁹ haberi
Proh fortunatum : ac diuino degere nutu
Huc astis donate pater . tutare canentem
Metra : licz tenui ac iuuenili inducta cothurno
Nam postqz fuerim scribendi comoda nactus
Tempora : quu studijs maneat tutissima ceptis
Et mihi parta quies : maiorqz aduenerit etas
Incipiam grauiora : tueqz ab origine gentis
Deueniens : tua gesta canam : mo fata secudet
At mea nunc primo replentur carbasa vento
Littora destituā : ꝛ mediū ferar alt⁹ in equoꝛ
¶ Cōuocatio dēonū a plutōe pricipe infernali

Audit infelix herebi dom⁹ atra suꝑbi
Tartareusqȝ sitos misera ad sedilia pluto
Conuocat ecce duces : rabidoqȝ exestuat ore
Rupe caua medijs . locus est immanis auerni
Luce carens : vbi perpetuo nox incubat : illic
Circūquaqȝ pal⁹ stigia ꝛ stagna alta resurgūt
Cocyti : heu quant⁹ dolor hoc e gurgite fasto
Audit : magistra discurrūt fontis harena
Ingētes angues : horrendaqȝ mōstra ꝑundaȝ
Deformi limo voluuntur : et impia tractant
Sibila : tetrorū natat hic genus omne colubrū
Ignis edax fluuiū (medio tn̄ aere) serpit
Aere quo peius nihil est : noua adesse putabis
Hic elementa : suumqȝ tali regione tribunal
Jupiter infernus statuit : sede arduus ergo
Terribili . seuas acies rabidasqȝ phalangas
Conuocat ore tonās miseros : hij turbine vasto

Conscendunt. implentqȝ locos ipse altior infit

¶ Oratio Plutonis ad suos.

Ethei dites ingens hec causa subegit
Cogere consilium: nec vos mea dira potestas
Ne quicqȝ excivit: variis terroribꝰ angor
Accipite hec mēores. nostrāqȝ his discite mentē
Horrida iam dudum forti cum milite bella
Congerimus: sed pauca valent in prelia vires
Sepius aduersum vidistis quantus in hostem
Insurgat clipeo: et telum quo turbine verset
Undiqȝ conueniūt populi: pars alta sequunt
Eloquia: et sanctū pars hūc ceu numē adorāt
Quid loquar? hic vrbes. hic hic sermōibꝰ ipsa
Opida subuertit variis: totumqȝ per orbem
Fama volat: sua nūc gētes doctrina ꝑ omnes
Spargit. et tandē nostris dominabitur ī oris
Vincimur heu miseri. ꝙ parua potētia nr̄a est

Vincimur. iste deo natū magnoqꝫ parente
Se facit: et miris testatur et approbat illud
Omnibus: claudi incedunt. sua lumīa ceci
Obstupuere. nouas muti dixere loquelas
Audijt et surdus. turbi de hinc corpora lepra
Mundauit. cecis anīas reuocauit ab vmbris
Frigida mādauitqꝫ iterū ad sua mēbra reuerti
Hic puer et medio doctorum celsus in orbe
Constitit alta docens nunqꝫ risisse notatus
Sepe dedit gemit⁹. siccis super equora plantis
Ipse maris gradiens. timidū ceca yma petentē
Discipulum dextra tenuit. quare ista fatentur
Esse deū. tn̄ inde ferunt de virgine natum
At pater ignotus. sitit hic. sepe ardor edendi
Inuasit. quē turba hiesuꝫ modo clamitat. ipsi
Vidistis qꝫ magna canant qui carcere nostro
Clauduntur. letiqꝫ diem aduentasse salutent

Quo patriam repetāt. inuisaqꝫ menia linquāt
Quis nouꝰ iste furor? tentādū est an deꝰ hic sit
Siue homo: si vite fuerit sibi terminꝰ: omnis
Questio iam pateat neqꝫ em̄ regnator olimpi
Exigui. vel morte potest occumbere dira
Experiamur: ego varias in pectore curas
Et noua concilia atqꝫ nouas demetior artes
Naz hiesus hic magna ppl'i comitante caterua
Hierusalez ingredit̄. cui ramis agmine facto
Occurrunt olee: prostrati corpore terra
Sub pedibꝰ pallasqꝫ locāt: et carmina dicunt
Hic labor omnis adest: cunctorū vertere mētes
Scribarū: rabidūqꝫ anio instigare furorem
Principibus: varios vulge miscere tumultus
Morte reū clament: ipsuz quoqꝫ fida suorum
Agmina destituant: pretio tradatur et hosti
Vadite iāqꝫ citi. pedibusqꝫ accingite pennas

Tuqꝫ mea imprimis allecto concipe vires
Et solitas artes. maior tibi gloria restat
Si struere ac tantā poteris componere mortem
Quare age gorgōeis mea nata accieta venēis
Aggredere: ⁊ diros lōgis de crinibus angues
Eripe: vipeream scribarūqꝫ tu insice mentem
Atqꝫ odijs repleas: phariseos iraqꝫ rumpat
Inde sacerdotes: scarioth tua vulnera iudas
Sintiat: hūc auri cogat vis rumpere leges

¶ Hieronimus hic poetice loquitur.

Et postq̄ꝫ diro latrauit gutture pluto
Ex templo surgunt acies. vastasqꝫ ꝑ vmbram
Emittunt voces: et dentibus inde furore
Infrendunt. qualeꝫ venti dant sepe fragorem
Aut cum nube caua rubeo vulcanus amictu
Frangitur. et medio tonitrus sonat aere lōgus
Tali insanibāt rabie mala pectora et ira hinc

Atqꝫ illinc ceco discurrunt vndiqꝫ cursu
At sata nocte altū trāsuerberat aera pennis
Hierusalem pecijt . primeqꝫ in limine porte
Ingentem eiecit tristi de crine colubrum
Qui totam furijs agitaret protinus vrbem
Indeqꝫ tecta petit scribarum magnaqꝫ versat
Templa sacerdotū et flāmis accensa draconē
Cuiqꝫ suum iniecit qui crebro lubricus orbe
Voluitur . et leui summa ad precordia giro
Delapsus mentem furijs agitauit amaris

¶ Consiliū scribarū sacerdotū ⁊ phariseorū

Tunc varijs secū dictis et murmure ceco
Conueniūt patres quorū qui maximus euo
Incepit q̄s nos grauis hic circūuoluat horror
Quid struim⁹ ? populos hic hic narrat in oēs
Signaqꝫ magna facit : gētes sua dicta sequūt
Et quecūqꝫ docet veluti sint numinis alti

Accipiunt miseri: que nos fortuna sequatur
Querendū est: venient romani nostraqꝫ tollēt
Imperia. et miseris ignoti errabimus oris
Inueniat timor iste viā modo letus in vrbe
Hic homo successu populi et felicis oliue
Frondibꝰ est sumptꝰ: mediū teneamꝰ et ipsas
Morte luat penas. morte est dolor iste piandus
Talibus inter se dictis incepta fremebant
Consilia: atqꝫ iesuz querebāt tradere morti
¶ Quō diabolꝰ misit ī cor iude vt xp̄m traderet
Tqꝫ satis primos acuit fera seua furores
Atqꝫ omnem euertit ipsis cū patribus vrbem
Ad iudam scarioth obscenis protinus alis
Accelerat. miserūqꝫ omni complectiť angue
Fodit auaritie primum sua pectora telo
Post virus tetrū iniecit quo prodere tentet
Heu demens; hostiqꝫ suū dulcemqꝫ magistruz

Traderet: o nimiū dira est ab arundine fossus
Infelix scarioth: cepit nam primitus illud
Sacrū opus vngēti verbis dānare prophanis
Nec satis hoc misero est. sed mox ad limia patrꝫ

¶ Quomodo iudas vendidit cristum

Ire sceleri ferꝫ gressu pretiūqꝫ poposcit
Et dare se spondet ignoti signa magistri
Atqꝫ vbi cū charis sotijs versetur: et inde
Hunc teneant quencūqꝫ sibi monstrauerit ipse

¶ Hieronimus exclamat cōtra Judam.

Raudis seue o sceleris fabricator iniqui
Funera tu ne viri pergant incognita tanti
Sperasti: tantūqꝫ nephas resideret inultum
Demens: magna diu nequeunt delicta latere
Nam comes a tergo sequiꝫ vindicta nephādo
Nemo vnqꝫ sceleris longo letatur in euo
Tempus erit quo mētis inops cūctisqꝫ perosus

Me mare in obruptũ clamabis ferte procelle
Inqꝫ feras sirtis scopulos me tollite in altum
Undiqꝫ disiectũ. vastis vbi montibus horret
Eterno nix alta gelu detrudar et illic
Aut vbi vicinus victum mortalibus omnem
Sol negat: et dira surgunt qua parte venena
Tandem incerta putãs christi pietatis es ample
Immemor: heu tristi rũpes tua colla capistro

¶ De christi captione in monte oliueti.

Ccipit ergo acies seuas tristesqꝫ cohortes
Infelix. graditurqꝫ armato milite cinctus
At hiesus ista suo voluens sub pectore summi
Jussa patris properãs cedrontis protin⁹ alueuꝫ
Transuperat. placido iacet hic ĩ gramĩe cãp⁹
Quẽ hiesus ingrediẗ paruo agmĩe circũseptus
Hic quoqꝫ de veteri sinuato poplite more
Orabat: magnoqꝫ dabat sacra verba parenti

Ecce armis instructa acies rabidiq3 manipli
Inde superueniūt. medio tradēte. quid inquā
Miles acerbe. furis veniet quo victima fiet
Spōte sua innocuus mediijsquoq3 stabit ī aris
Agnus et exposita cupiet ceruice necari

¶ Hiesus alloquit iudeos eū querentes.

Ut subitos vidit lōgis cū fostibus hostes
In se ferre gradū. hiesus vltro accessit et inqt
Quem tanto armorū concursu queritis? illi
Respondere hiesum iudea nazareth ortum
Ac hiesus ipse coram dixit quē queritis assum
Tunc malesana cohors iuda impulsore supini
In terram exangues tanta cecidere loquela
Qua celum terraq3 tremit rursusq3 rogauit
Quē petitis? dixere hiesum quib' ipse ita fatur
Meme? assum qd meme seuis ne poscite vīclis
Ipse comes veniam: tū hos concedite abire

Dixerat: ex templo dextras in pectore diras
Certatim iniiciunt: colloqz miserrima turba
Imponũt funem. vinctũqz in menia ducunt

❡ Auriculã dextrã Petr⁹ Malcho amputauit

On tulit hec petrus q̃q̃ iam tardior euo
Et tepeant vires mediũ sed fertur in agmen
Et malchũ aggredit̃ iugulo cui dũ petit ensem
Condere: labenti terre dextram abstulit aurem
Cui hiesus gladium vagina trade locandum
Petre q̃d insanis? nũ mundũ ingressus iniquũ
Iussa paterna ferã que naz hec est dira cupido
Sic fatus malchum turbatum sanguine terra
Subleuat atqz aurez propria statione reponit

❡ Ad annã presidẽ hiesus primũ ducitur.

T fera turba ihm rapuit (mirabile dictu)
Adqz annã magno ducunt clamore reuinctũ
Heu post terga manus: captoqz illudere certãt

¶ Christum Petrus abnegat.

Etrus vt ista suo fieri conspexit amori
Ingemit: et trepidus fido comitante Joanne
Insequitur longe: turbe vestigia seruans
Jamqꝫ introgressi truculentas presidis edes
Judei captum ante pedes statuere tiranni
Discipulusqꝫ vna / ingredit̃ prestante iuuenta
Notus custodi: Simonemqꝫ admittier orat
Exclusum ꝰ cui mox abeunti portitor inquit
Nũ comes huiꝰ eras homĩs. negat ille pauore
Stabant et borea torres vrgente fouebant
Turba ministroꝝ infelix: quibꝰ ordine Petrus
Addit se sotium pariter frigusqꝫ leuabat

¶ Annas hiesuꝫ int̃rogat atqꝫ ih̃s ei rñdet.

Nterea preses sic sede affatur ab alta
Atqꝫ hiesum qualis sua sit doctrina requirit
Qui sotiꝫ: intrepidus hiesus Anne talia reddit

Omnia ego vulgo docui sum voce loquutus
In sinagoga et templo quo gens tua semper
Conueniunt mundoq palam late omia dixi
Vox mea in occulto nūq̄ est audita . q̄d ergo
Me petis ? hosce roga qui me audiuere docētez

¶ Christi faties a seruo ceditur .

Alia dū mcōrat nō plura ē passus . iniqu9
Seruus . et in fatiem dextra ruit . oraq tundit
Pulcra ihu . tu ne hec scelerata exclamat ī aula
Pontifici loqueris : cui mitis reddidit agnus
Jam testare meo si quid male decidit ore
Sed bene si dixi quid me crudeliter angis ?

¶ Ad Cayphā Pontificē Crist9 ducit .

Vmq hec audisset p̄ses iubz inde ligatum
Duci ad Pontificē Caypham / qui tēpore ī illo
Protulit atq istec dederit licet ore nephando
Predixit prestare vnum dimittere orco

Munere q̄ꝫ vite populū fore dulcis ademptum

¶ Christum iterum Petrus abnegat.

Et que vulcani carpebant turba calorem
Astanti dicunt Simoni tuus iste magister
En erat: infelix iterum timido ore negauit
Ista negas inquit malchi cognatus in orto
Nonne ego te pariter vidi: negat acrius ille
Nec mora fit / gallus (veluti predixerit illi
Ante hiesus) signum rostro patefecit adunco

¶ Christus ducitur ad Pilatum.

Aurora interea croceo surgebat ab ortu
Luciferis infecta rotis. cum pessima mitem
Turba ihm rapiūt. adqꝫ alta palatia magno
Cū clamore trahūt: Cayphas vbi more priorū
Cū sotijs operam festis paschalibus almam
Leti indulgebant: ne sacra incepta furore
Turbarent. verum vt sedata mente litarent

Non cepere aditum iudei. ast ipse Pilatus
Egreditur turbamqz rogat rabido ore frementē
Quidue petāt trepidiqz virū quo crimie cusent
Cui gens sacrilega fatur sic voce superbo
Ante tuū insontem non est mos ducere ponti
Juditiū: et praue non dignas sumere penas
Accipite ergo virum proclamat ore Pilatus
Atqz iubent leges in eum procedite vestre
Sed furor intonuit non nostrū est nec licet vlli
Mortem inferre viro dulciqz excludere vita
Pessima gens animo tu iam de morte scelesti
Concipis: o dignam toto malediticier orbe
Pontius ergo hiesum sacratam duxit in edem
Talia de hinc fatur iudeum rex mihi pande
Es tu? summa refert pietas a te iste refluxit
Sermo: vel alterius didicisti voce loquentis
Nonne ego iudeus sum reddidit inde Pilatus

Gens tua pontifices mihi te duxere necandum
Causa necis que tāta fuit. vel qđ scelus hoc est
Agnus ad hec mundo mea si nunc esset in isto
Regia. prospiceres certantes magna ministros
Pro domio. atqꝫ armis summa tuerēt ab arce
Nec darer inuisis paterentur gentibus vltro
Ponentes vitam pro me. verū altera regna
Sunt mihi. nec tali fertur mea gloria mundo
Regna igitur tibi sunt. nomē fert ille ego regis
Inde gero. et nullo est regnuꝫ superabile bello
Agnus ait latebras ⁊ ad hoc sum corporis istas
Et mundum ingressus quo veri testis ⁊ auctor
Egrederer: mea vox veri cultoribus almi
Quiqꝫ pium rectūqꝫ colunt captatur in aure
Quid veruꝫ est querit tūc ponti⁹. istaqꝫ poscens
Rursum ad iudeos exit de hinc talia clamat
Nullā ego quid quereris ī eo gēs impia causaꝫ

Comperio : cuncto vacat hic a crimīe iustus

¶ Judei petunt Barrabam dimitti.

a Et vnū ī vestro mos est dimittere pascha

Carcere detentum . manet hec sententia vobis

Ut iudeorum soluam hoc cum munere regem

Altius exclamant Barrabas solēnia nobis

Exigat : hūc morē Barrabas psoluat : iniqu⁹

Hic erat . et dextra rapiens aliena tenaci

¶ Christus flagellatur et coronatur.

Alia conspitiens et vulgi corda Pilatus

Fune hiesū vinctum seuis iubet ergo flagellis

Contundi . properant iudei moxq̄ȝ coronam

Sentibus implicitā plectentes sanguine multo

Heu singultanti capiti terramq̄ȝ tuenti

Imponunt : teloq̄ȝ premūt hinc desup omnes

Atq̄ȝ illudentes palle candentis amictu

Purpureo mitem circundant protinus agnum

Atqꝫ ipsum risu probabant inclite salue
Rex iudeorum tunduntqꝫ sacra ora pugillis

¶ Hiesus multis obprobrijs saturat⁹ a Pilato iudeis demonstratur.

Pontius egredit̄ rursus turbāqꝫ malignā
Talibus alloquitur nullam conoscite causam
Inuenio vobis duco hunc sine crimīe iustum
Spinea serta gerens trahitur hiesus oraqꝫ terre
Inde fixa tenent palla circundatus alba
Atqꝫ hunc pontifices rabidi pariterqꝫ ministri
Conspexere ulla non sunt pietate reflexi
In cruce fige virum clamāt iterātqꝫ loquelas
Pontius hec contra vos vos hūc tollite et inde
In cruce: causa in eo nulla est: vos figite dira
Iudei clamant nostra hūc lex vndiqꝫ damnat
Nanqꝫ deo natum populo se dixit in omni

¶ Pilatus timore circundatur.

Residis vt talis sermo ꝑuenit ad aures

Extimuit rursusq̨ subit pretoria querens
Ista hiesum que te regio produxit et vnde
Es tu? nulla dedit hiesus illi verba roganti
Pretor ait quid tu inde taces mihi magna ptās
Ut cruce te figam seruemq̨ est tradita nūquid
Ignoras? tunc mitis ad hec ita reddidit agnꝰ
Uim tibi ne quicq̃ de me fortuna dedisset
Arbitrium ni iam supera qui regnat in aula
Traderet ac de me tales laxaret habenas

¶ Hiesum Pilatus dimittere querebat ne peccatum occidendi innocentem faceret.

Ec dū cōmemorat hiesus ipse exinde pilatꝰ
Querebat rabidi populi vt diuerteret iras
Ne quicq̃ veluti vrgentes qui claudere riuos
Tentet: et alterius cursum retinere putarit
Fluminis infesti cum multo cespite longis
Uiminibus necnon saxis sudibusq̨ perustis
Confecit paruo mansurum tempore collem

Nam dum ligna petit serie cōtexere et amnem
Claudere rumpit opus ⁊ iam supeminet vnda
Non secus hec rectos monit⁹ fera turba pilati
Dissipat. atq; omnes ipsas cōmittit in auras
Et super hec addit rabies iam cesaris omnis
Cedat amititia et senam consurgat in iram
Hunc modo si saluas: nā cesaris inficit altum
Imperium regis quisq; sibi nomen adegit
Talibus impulsus preses feruente furore
Eduxit multo fedatum sanguine christum
Est locus horrenda sublimis structus in aula
Quē licostratū perhibēt. sed gabbata dicunt
Gens hebrea manet vetus hic de morte tribunal
Pretor vbi sese populi clamore locauit
Et sic ore dedit. vestrum decernite regem
Rex hic vester adest: sed mox furor impi⁹ insit
Tolle reum iam tolle reum cruce dede necādu;

Ergo tuum tristi presés fert tradier orco
Regem optas: cui pontifices dixere nephandi
Rex est cesar et hic solus dominatur in orbe
Nobis solus adest cesar tunc rapta furore

¶ Crist⁹ a pilato tradit᷑ iudeis crucifigendus

Dnspitiens populi clamãtis corda pilatus
Uincitur: inq3 manus agnũ et seua ora luporũ
Tradidit ecce ruũt alacres. adq3 ethera voces
Tollunt sacrilegas qualis leo gaudet in oris
Armenijs ceruam rapuit si quando pauentem

¶ Crist⁹ inter duos latrones crucifix⁹ locatur

Dstq3 ad caluarie venit gens impia collez
In terram statuere crucẽ: cruce et inde supinuz
Constituere hiesuz. sanctas q̃z cuspide ferro
Inde manus. atq3 inde pedes fixere beatos
O dolor o pietas medium statuere nephandos
Inter raptores. atq3 est numeratus in illis

C iii

Venerat ergo hiesu mat comitata cohorte
Femina lanitata comas lanitataqz pallam
Pectora contūdens pugnis hanc nat⁹ ab alto
Prospitiens pariterqz suum superesse iohannez
Talia de hinc matris dimisso nomine fatur
O mulier tibi natus hic est . tua cura iohannes
Tu vero spes sola tuā hanc solabere matrem
Nec plures lasso rupit de pectore voces
At genitrix vbi verba sui cognouit alumni
Succiduo miseranda genu sine viribus vllis
Succubuit mestū illacrimās subit ipse ioannes
Et matrem ingenti terram langore petentem
Sustinet . et dictis miseram solatur amicis

¶ Christus crucis in patibulo sitiuit .

Js actis inscripta hiesus secū oīa voluens
Et quecunqz sacri de se dixere prophete
Clamauit gens praua tue mihi magna salutis

Est sitis. ecce canes raptiqꝫ sine ordine currūt
Crudelesqꝫ parant succos ⁊ pocula condunt
Isopus infelix acri miscetur aceto
Atqꝫ hiesu apponunt ori sed tristia postqꝫ
Pocula: sunt primis christi percepta labellis
Omnia voce refert iamiaꝫ consumpsimꝰ. ⁊ hec
Cum memorat ceruix vltro callapsa recumbit
Spiritus et tepidos linquit feliciter artus
Judei interea quoniaꝫ sacra festa manebant
Sabbaticusqꝫ dies aderat rogauere pilatum
Ut iubeat ferro contundi membra virorum
Ne suspensa die superessent corpora sancto
Turba ruunt primiqꝫ infringūt crura latrōis
Atqꝫ vna alteriꝰ. dum vero cetera lustrant
Utqꝫ hiesu sanctos non firmet spiritus artus
Ossa illesa sinunt valida sed feruidus hasta
Miles erat. qui dulce hiesu latus hausit aptuꝫ

Ex templo tali fluxit de vulnere sanguis
Mixt⁹ aque. obstupuere oēs. miratus et ipse
Est miles. veniamqȝ sui petit ille reatus
¶ Hiesus ī cruce loquit̄ ad animā cristianaȝ.

Ulcis amica veni hiesūqȝ auersa vocanteȝ
Respice. et ardēti amplectar te pectore charam
Dulcis amor q̄ sola fugis. nam tuta per altas
Transieris nunq̄ȝ siue me caliginis vmbras
Jlle anima ille tuus heu nūc cognosce creator
Jlle ego sum flagrans et viuo sautius igni
Quē noua flāma tue queȝ cura salutis adurit
Huc sceleres huc flecte gradus hoc aspice lignū
Quo super infixus ne iam damnata subires
Crudeles penas ego te miseranda redemi
Expecto ac nimium dilecto accensus amore
Brachia aperta dedi frontēqȝ ad oscula flexi

¶ Christi corpus sepelitur.

Alib⁹ infandū exactis vir sanguine claro
Diues opū Joseph. vrbe armathiaqꝫ creatus
Processit: corpusqꝫ hiesu tradente pilato
Suscipit: atqꝫ humilis mestes instaurat hōres
Instat et vna operi Nicodem⁹ tristis et vna
Illacrimans funus properat. sanctiqꝫ mgri
Uulnera seua lauat. de hic oscula dultia figit
Pectoreqꝫ abs imo gemuit post mest⁹ inunxit
Ast alij niueo inuoluunt vel anime talem
Seruabant ritum veteres. condūtqꝫ sepulchro

¶ Conclusio operis.

Unc mea deprora in litt⁹ iactetur apertuꝫ
Anchora parua cedant ducētia vela phaselluꝫ
Attigim⁹ portum placidis comitantibus euris
Uenti aspirarunt dulces satis equor araui
Nunc demū terras lustrabo atqꝫ inde palestre
Herebo solite. iuuat hec cecinisse placetqꝫ

Nos nostro cantus interposuisse labori
Gloria lausq; et honos tibi sint ac summa ptās
Imperiūq; ingens. hoim sator optie. quicq̄d
Extremus lucem solus colis. huc via nulla
Accessum ostendit. tua summa potentia terraz
Fundauit. regitatq; orbem prudentia totum
¶ Agit grates presuli ī principio opis inuocato
Ost hic perpetuas pataui tibi maxie pastor
Ingentesq; habeo grates. numeroq; carentes
Quas vtinā possem digna enarrare loquela
Non debere minus tibi se mea musa fatetur
Q̄m maro grandiloqu⁹ tibi debuit inclite cesar
Cui⁹ ob ingentes cecinit sacra carmina laudes
Principiū statuens preclaro a sanguine gentis
Dardanie venisse olim. qua nūc quoq; gaudet
Eugana antiqua nomen traxisse decorum
Naz postq̄ ī cineres versa est neptunia troya
Relliquias secum portans has attigit oras

Maximus antenor hic tandem marte fugatis
Hostibus ingente diuino condidit vrbem
Auspitio. nomenq; vrbi gentiq; locauit
Egregiũ. quod nũc late maria vndiq; pulsat
Extremũq; orbis tandez super ethera notuz est
Hanc modo tu sedẽ auspitijs regis optĩe sanctis
Presul. ab antiquo donate nomine stirpis
Deueniens. venete laus & honor inclitus vrbis
Felices pataui tanti quibus attigit eia
Pastoris preclara sequi vestigia longo
Tempore. quo placidaz potuerũt ducere vitã
Nunc quoq; magna pio psoluãt vota tonanti
Pectore et inde hiesum se dato talibus orent
O pater omnipotens. o celi maxime rector
Quẽ terre quẽ stagna colũt venerantur adorant
Magnificant quẽ cuncta suũ generata creãtez
O siquando tuas licuit prece iupiter aures

Flectere nunc iustas audi iustissime voces
Nos bonus et longo pauit sub tempore pastor
Cognouitqꝫ suas pecudes cognouimus ipsum
Non agni metuere lupos. contagio nulla
Sepe solēt maculare gregē mala vulnera fecit
Aurea preluxit etas. nunc voce rogamus
Supplice. pastorem pater o concede futuro
Tempore. adhuc nobis ꝑ secula lōga sequēduz
Ultima cunqꝫ aderit sibi post feliciter etas
Extremusqꝫ sibi pandetur terminus eui
Tunc iubeas veniat proprio comitatus ouili
Pastor et etherea celsus statuatur in ede
Stent circumlete pecudes. noua carmīa dicāt
Exelsum ad regis tūc preconiū solia artent
Presulis alta sui nec finem versibus addant.

¶ Impressum Lyptzk. 94.



Sillaba cōmunis tempus qua positum

Et natura sua producit vel breviat vel

Huic accentus est accentus enim regit illa

Tempus et accentus non pro pedibus notatur

Sed duo sunt alia satis ex dictis manifesta

Tempus et accentus post debent notificari

Sillaba longa longa brevis est sed duo tria

Ergo divisim et longas sibi normas faciendi

Primo pone quod iuste prosodiemus

Illa longatur quam cum diptongus habet

Praecedit aut intrabit sic solum et cum probabit

Consona vocalis praecedens bina vel unum

Duplex composita dictionis vel immediate



330 331
332 333
334 335
336 337
338

